
Diploma
Christierni II.
ad
Joh. Vetelanth

1526













M. Tuscher fecit

DIPLOMA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS. D. CHRISTIERni, Daniæ, Sueciæ, Noruegiæ, Regis &c. Ad Ioannem Vētelanth Dantiscorū Consulē, in quo certæ rationes continentur, quibus se serenissimus Rex ob impetrandam restitutionem a Stagnalibus ciuitatibus astrinxit,

VERAE PIETATIS ASSERTORI PIO ET CHRISTIANO Lectori Ioannes Michael gratiã & pacem.

LVCE CLARI⁹ esse iã opinor, qua fraude quoue dolo Serenissimũ D. Christiernum Danorum regem & ce. dominũ meũ clemẽtissimũ hostes sui, regnis hereditarĳs expulerint. Qui cum viderent iure nequaq̃ se posse illũ cõuincere, vi & armis illustrissimũ principẽ opprimere tentarũt. Equidem in hac sum sentẽtia, vt credam, nihil iniustius vel iniquius esse vsq̃, atq; illi inĳcere manus, qui iure stare paratus sit: Id quod satis declarauit cõuentus sacratissimi Cæsaris cõmissiõe, Primum Hamburgi, deĩde Haffniç, postremo Lubecç celebratus. Prçter hçc, p̃sens diploma ad Dantiscorum consulem adhuc misit, pacis conditionis hostibus suis vltro offerens, ac veluti nolentib⁹ obtrudens. Quecũq; tandem fuit causa edendi hui⁹ diplomatis, certe hçc prçcipua fuit, vt innotesceret toto orbi illustrissimi principis clemẽtia, quç semp̃ pĳs, honestis, & iustis cõditionib⁹, redigi cum inimicis suis in cõcordiam voluerit. Porro cum anno superiore mense decẽbri, forte fortuna, in D. Ioannẽ Ventelanth Dantiscorum Consulem, Antuerpiç incidissem, post multos sermones vltro citroq; in p̃sentia multorũ habitos, Serenissimi D. Christierni Danorũ regis & c. domini mei clementissimi facta est quoq; mentio. Ibi tũ ꝓ meo officio quo serenissimo regi obnixus sum, rationes & conditiones, quib⁹ se regia Maiestas restitui cuperet, subindicabã. Quas cũ ille nequaq̃ repudiandas esse audiret, pio concordiç & pacis studio accensus, regis causç patrocinari incipit, cũq; vellet vtrinq; bñ consultũ, ꝓuinciam minime se indignã cœpit. Nimirũ deferẽdi illas ipsas conditiones a me regis noĩe sibi indicatas ad Stagnales, vt vocãtur, ciuitates. Paucis post

elapsis diebus ꝓficiscitur ad ciuitates maritimas, conditiones illis indicat & renunciat, sed optimi viri pijs conatib⁹ non successit. Tandē ad Dantiscos suos redit, illos pariter regię voluntatis admonet, & q̄ potest maxime ad cōcordiā hortatur. Ibi subdoli quidā ad fraudē egregie instructi innocētissimū virum proditionis insimulant, ꝓditorem proclamādo, summam infamiam inuidiāq; illi conflant. Putaui igitur mearum esse partium, integerrimi viri innocentiam, quoquo modo possem defendere, idq; sperabā me alia ratione nō posse facilius, q̄ si diploma ab illustrissimo principe ad illū perscriptū publicarem. Ex quo cognosceret quiuis, magnam optimo viro factam esse iniuriam, nullumq; proditionis & pfidię vestigium in ipso animaduerti posse. Deinde q̄ semp regia Celsitudo parata fuerit suam causam cordatorū hominum iudicio cōmittere, qui vt ius & pietas postularent, citra cruentā stragem litem componerēt. Nunc vero, quantum coniectura consequi possum, Deus optim⁹ maximus longe alia ratione pientissimū principem restituere parat, dū pium & hostibus q̄ vtilissimum consilium euētus inexpectatus consequitur, dumq; pacis conditiones vltro oblatas ipsi spernūt & repudiant. Deum immortalem quanto morbo vulg⁹ laborat, quod cum semel lęuire, & insanire inceperit, non potest vlla ratione, vllo consilio vel prudentia postea mitigari. Tu quesso amantissime lector, deum ora, vt omnia fortunet, vertatq; in melius, vt serenissimum regem cum inimicis suis in cōcordiam redigat, atq; postea perpetua pace frui donet. Vale Liræ tertia die Aprilis. Anno virginei partus sesquimillesimo vigesimo sexto.

CHRISTIERNVS SECVNDVS DANORVM REX &c.

BENEDICTVS

deus pater & dominus noster Iesus Christus, qui nos in omni afflictione nostra & calamitate consolatur vberrime, Gratia Iesu Christi sit tecũ, adeoq̧ omnibus in Christo fratribus amantissimis, Quamq̃ multis nominibus optime in Christo frater, tuũ obsequiũ, quod nobis in hac vsq̧ adeo labefactata nostra condicione sponte exhibes, est ita gratũ vt q̃ gratissimũ. Tamẽ hoc vno nobis summopere cõmẽdatur, quod ad pietatẽ oĩa referri & diuino probari verbo exoptas. Quod & nos iamdudũ summo desiderio, ardẽtissimis votis, a deo Opt. Max. cum p̃ris omnibus orauimus, & quod nobis facile persuademus iã exorasse. Cum te virum nonnullorũ predicatione, presertim Ioãnis Michaelis nostri, viri & cõsiliarij integerrimi, piũ, & christianũ subornarit, qui nobis non mõ pie & candide cõsulas, sed etiam consoleris copiosissime. Eo enĩ venim⁹ diuina gratia intelligẽtiæ, vt acceperimus diuinũ verbũ, esse Lidium istũ lapidẽ, quo omnia probẽtur, castigẽtur, & emendẽtur. Et vbi iam Christi cognitione nacti sum⁹, cõscientię & cordis, erga deũ, pacẽ, nihil ardentius desideramus, q̃ vt olim cruentis plus satis vtrinq̧ nostris partibus cõmuni pace cõsulamus, quõ vigilanti⁹ domino deo in mitigato rerũ nostrarũ statu seruiam⁹. Et queadmodum pace, cõcordia, & charitate mutua nobis nihil in presẽtiarũ dulci⁹, charius & optabilius (Satis enim in tenebris plus quã ægypcijs fueram⁹) prestari potest, ita nihil molesti⁹, acerbi⁹ & minus optatũ dissidijs, discordia & cruento adeoq̧ impio bello. Haud etiã ambigim⁹ te singulari quadã dei misericordia nobis cõtigisse, vt si quoquo mõ tua intercessione ad fratres tuos & cõciues prudentissimos, sine cruenta strage, nos in regna nostra redeamus, vt certo futurũ sit, quo nostri restituti vos simul ac pios oẽs nũq̃ pœniteat. Sed quicquid an-

tea cũ deum ignoraremus, ab vtraq; parte, & nostra & vestra peccatũ est (quid enĩ tũ nõ faceremus?) hoc abũde iam pieta te adeoq; fraternis & mutuis presidijs resarciemus. De nullis enim ex animo gaudem9 melius mereri, q̃ deijs qui nos gra uissime leserĩt. Scim9 enim impia cęcitate & ignoratione dei delictũ esse, Atq; tibi adeoq; pijs omnib9 abunde persuasum sit, nos hoc negociũ non papyro & calamo agere, sed animo & corde. Deo enim volente & presente hec scribimus, neq; in animos vestros prioris vitę nostrę cęcitas irrepat vnquã, sed illũ glorificem9, qui ex lapidibus filios Abrahę, & ex fi lijs diaboli, suos faciat filios charissimos. Hęc enim ẽ profec to optimi patris natura, prius humiliare quã exaltare, etiã exaltatos iterũ humiliare, efficere Memnone quouis & An dromeda nigriores, quos Angelis factur9 ẽ perq̃simillimos. Deducit enim ad inferos & reducit. Neq; hęsitam9 nos breui restituẽdos. Consolamur enim nos vel vnius Dauidis regis sanctissimi exilio, cuius non minus erant miserę atq; inuersę honoris & imperij partes, atq; hę nostræ. Sed domin9 illum restituit multo gloriosius, regius et magnificentius, vt qui il li antea erant ex professo inimici, iam postea facti sunt amici q̃ ĩtegerrimi. Haud abs re etiã mireris nobis diuinũ verbum inclaruisse, omnia enim dei opera nostra admiratione sunt longe dignissima, apud quẽ nullus est respectus personarũ, Nec quales aliquando fuerimus, sed quales nunc sua gratia per fidẽ Iesu nos regenuerit intueatur, apud illũ nulla est vitę prioris cõminatio, mõ (vt ille inquit) preteritorum ob liuiscemur, presentem gratiã et misericordiã obuijs vlnis et animis ãplectemur. Fœlices igitur nos, iterũq; fœlices, si hãc talẽ Christi cognitionẽ non contẽpserimus, Contemnimus enim satis, si nõ totis conatibus ad id nitamur, ne ingrati tan tę misericordię predicati iam verbi dei, fuerimus. Grauiter profecto vtrinq; peccatum est, in nobis, qui nos pręsides, et magistratus a deo electos tum non cognouimus, sed malum malo superãtes ĩiuriã vĩdicauim9, in ĩimicis nostris, adeoq; subditis qui nõ nos quãtumuis dei ignorãtes, abiecerint, sed deum ipsum Et vndecumq; sacrę testantur litterę obediẽdũ esse etiã difficiliorib9, Partim propter cõscienciam (quoniã

deus prȩcipit) partim, vt comuni pace dulces in alios viuere mus, sed vtut fuerit condonata sunt omnia, mōdo vitȩ prio- ris pænituerit, atq; fide iam renati fraterna charirate vixeri- mus fœlicissime. Quantum ad litteras tuas attinuerit ad nos missas, ex hospicio tuo Antuerpiȩ, Anno sesquimillesimo vigesimo quinto, q̄bus sane accepimus te sola pietate adeoq; Christi cognitione in cōmunis pacis amorem incitatum. In qua re facis tu profecto optimi viri partes. Ita vt nos ȩque de um in te glorificemus, atq; in aliis principibus, etiā potentis simis, Haud nesciētes non minus p te tuiq; similes Iesu Chri sti discipulos deum posse & velle pficere, q̄ p magnates po tentissimos quosq;. Partim quo p illorum p̄sidia redeamus, quorū inuidia & iniquitate sumus expulsi. Partim quo mu- tuis locupletati præsidiis nullorum inimicorum extimesca mus insidias. Quid enim tum metuemus, vbi diuino verbo plus q̄ adamantinis catenis reconciliati fuerimus. Nobis cre de, nulla nos inimicorum vis, deo propulsatore, nos mutu os amicos labefactaret. Iam tu ipse prudentissime vir copio sius meditare, quantum alteri alteris, mutua charitate con- fœderati consiliis et auxiliis pdesse possent. Quantū seuiciei et tyrannidi nostrȩ derogatum fuerit, tu ipse partim ex aliis Christi amatoribus, nobis, vt opinor, nō oīno iniquis, ptim ab his nostris litteris discas. Neq; negamus corā deo nostro nos tales non fuisse, quales pios et christianos principes dece ret, ī plerisq; pfecto nō vobis nostrisq; subditis, tales tāq; ini qui fuerim⁹ quales inimici nostri vndecūq; pclamarint, & iu dicarīt. Vos ipsi colligite quātū vtriq; cōmissum fuerit. Fa cile erratis nostris veniā daturi, queādmodū nos ex toto aīo vestris. Hȩc pfecto nisi verbi dei illuminati et docti, nō scri- psissemus vnq̄. Quantū ad bonorū restitutionē, p̄sertim Dā- tiscorum, optimo feremus animo, pios eosdemq; cordatos vtrinq; eligi homines, qui inter nos ita rem componant, vt pfecto vestra iactura non fiat (didicimus enim iā gratia dei pdesse nō, nocere) Ita tamē vt ab vtraq; pte nos ipsos emē- dem⁹ et liberaliter quod īpie direptū fuerit pie restituam⁹.

In qua re etiam profecto tuum consilium (quandoquidem pium est et a spiritu profectũ) nobis summopere probatur. Optaremus enim nos ipsi hoc idem a vobis quanto minus nõ prǽstaremus. Ea tamen ratione vt per vos vestraq; presidia ad conditionem et statum nostrum in omnibus (vt antea) re paratum et restitutum redeamus, tum demum omnibus iu-ste et sancte respondeamus. Iam enim aliter fieri nostræ par tes non ferunt sed olim laturę, vt speramus, liberalissime. Hoc idem de priuilegiis vestris sentimus. Neq; vnq̃ hęsite-tis nos pro virili non modo quę iusta seruaturos incorru-pta, verumetiam ita emendaturos vt facile nobis patrocine mini, nobis restitutis, vos multo fore feliciores, modo ve-stra opera auxilio et ope sine cruenta strage restituamur. A nullis enim commodius q̃ a vobis fieri posset. Neq; aliam nisi coacti ĩgrediemur viam. Tum demum sensuri estis quã tum nos restituti vobis vicinis et amicis contra inimicorum insidias prodesse possimus, Atqui quantũ vos nobis etiam opitulari possitis. profecto tantum vt nobis vtrinq; amicis et confœderatis nulla hostium, quantumuis potentum, vis lędat, labefactet, vel expugnet, Quãtũ ad ciuilius, melius et sanctius regimen nostrarum regionum attinuerit vobis sit persuasissimum, nos iam dudum in an[illegible] vt regimen, status, mores et vita, verbo dei respondeant, ad quod renouari et emendari optemus ex animo q̃ ardentissi me. Postremo non est vt de nostra fide et integritate ambi-gatis, quandoquidem his nobis iam nihil prius et charius esse poterit. Vt ita vobiscum rem componemus, quo nunq̃ vos nostræ amicitiæ neq; nos (vt speramus) vestri fœderis pœnitebit. Noli obsecro noli tibi veterem illum Christier-num meditari, quemadmodum neq; nos Dantiscos veteres intuemur, qui quamq̃ peculialiter prę cæteris nobis dilecti fuerant, (nosti enim quid aliquando illorum causa fecera-mus) tamen iam multo charissimi, cũ acceperamus diuinũ iam illis inclaruisse verbũ, quod nõ potest nõ veteri Ada-mo derogare q̃plurimũ, quod vt nobis optimus pater suo

spiritu adaugeat per Iesum Christum precamur. Preterea si his quemadmodū nobis persuademus integram non habuerimus fidē, subornemus fide dignissimos viros et principes, quod et vos facturi estis, qui nos vtrinq; ita recōcilient, vt neq; si vellemus possimus, neq; si possimus, vellemus fœdera nostra corrūpere vnq̄. Quicquid etiam ī his nostris partibus feceris, pie iuste et sancte ita seruemus inuiolatū, vt nullis rationibus sinamus violari vnq̄. Hec omnia tecum quemadmodum cum Christiano homine copiosius egerimus, quo persuasissimum sit tibi et p̄ijs omnibus, neq; vindictam neq; sanguinē sitiri, Vbi fœdere, pace, et cōcordia inimicorū sequi cia mitigata fuerit. Vale in Christo fœlicissime. Loc nonis Decembribus Anno virginei partus sesquimillesimo Vigesimo Quinto,

EGO CHRISTIERNVS
protestor manu mea
propria,